



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

41. An delegatus Principis causas meri imperij subdelegare potest?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

censuris, & dispensare, vel commutare
 vota, pro foro conscientiae tantum talem
 facultatem alteri, ne quidem in casu par-
 ticulari committere unquam possint: ex
 communi *Coninck. de Sacram: poen: disp: 8.*
n. 24. cum potestas illa, licet sit ad univer-
 sitatem causarum, tamen eis non compe-
 tat quasi ordinaria, ratione alicuius mu-
 neris, seu officii. *Nihilominus* dici potest
 probabiliter, quod confessarius ex justa
 causa v.g. multitudine confitentium pres-
 sus dicere possit confitenti suo: *Commuto*
tibi hoc votum in opera, qua vir ille doctus tibi
designabit, cuius sententiae testare volo: *Vival-*
du in appendice *Candelabri cap. 14. n.*
40. Simile est, si confessarius virtute cla-
 vium imperet ea opera satisfactionis pro
 peccato, quae vir ille iusta esse arbitratus
 fuerit. Quamvis huiusmodi facultatibus,
 tanquam in Ecclesia non usitatis rarissimè
 & non nisi in necessitate urgente uten-
 dum sit.

41. Ponamus alicui causas meri Impe-
 rii à Principe delegatas esse: an valeat sub-
 delegatio? Affirmant nonnulli apud *Me.*
de arbitr: jud q. 54. moti auctoritate *L. 1.*

C. qua

C. que sic: Hæc teneant, nisi iudices à nobis specialiter delegantibus dati: alijs causas delegaverint iudicandas. Nam his delegantibus nullo personarum, causarumvè habito tractatu appellationem ad eos jura remeabunt. Sed his nihil morantibus contraria Nobis sententia probatur. ob auctoritatem L. 1. ff. de offic: eius. cui mand: est iurisdic: in illis ver. Et ideo videntur errare Magistratus: patet enim ex illa lege, quæcunque specialiter lege, vel Senatusconsulto, vel constitutione Principum demandantur (ut sunt causæ meri imperii) alijs demandari non posse, uti supra dictum hoc cap. n. 6. 2. ex generali regula: nemo potest gladij potestatem sibi concessam, ac demandatam alteri demandari per L. nemo potest gladij ff. de reg: jur: Neque obstat lex opposita; non enim is dictæ legis sensus est, ut delegatus Principis possit nullo adhibito discrimine causas omnes alijs demandare, sed sensus est: Neminem posse aliene jurisdictionis causam delegare, sed ita demum delegationes valere, si ad jurisdictionem delegantis pertineant. Cæterum si Iudices specialiter ab Imperatore dati, alijs causas delegave-

gaverunt, non esse tractandum, an causæ
 pertineant ad jurisdictionem delegantis,
 quia omnes causæ possunt ab Imperatore
 delegari, cum in omnes jurisdictionem
 habeat: & consequenter Iudices delegati
 ab Imperatore si aliis causas delegaverint,
 non esse dubitandum, quin delegare
 potuerint, cum Imperatorem ipsum re-
 præsentent, & ab eo delegati fuerint, is
 vero in universos jurisdictionem & im-
 perium habeat: ita DD. apud Menoch.
 sup. *Quæ doctrina* pariter procedit, quan-
 do Princeps ipse jurisdictionem alicui
 conferret, nullâ factâ mentione juris gla-
 dii: gratis profecto merum Imperium da-
 tum confingis: quandoquidem merum
 Imperium generali & indefinita oratione
 non continetur arg. dictæ L. 1. de off. eius.
Juncta L. 6. ff. de pign. & hyp: L. ult. de off: Vi-
 car. in 6. imò sunt, qui ne mixtum qui-
 dem Imperium eo casu transire putant.
Gl: in Clem: 1. ver: omnimodam de foro comp:
Ias: in L. 3. de jurisdic: n. 11. Sed existimo
 concessa jurisdictione & mixtum Imperi-
 um concessum; quia jurisdictioni inest,
cit. L. 3. & L. 1. & ult. de off eius cui mand.